

ritum sanctum primum habeant auctorem, aliquis tamen ordo in libris sacris enumerandis a principio constitutus est. Verum Chrysostomus ita Paulum amabat, ut ipse non semel in scriptis suis testificatur, ut quavis minima data occasione, si Paulus concionanti sese offerret, si semel ille Pauli mentionem faceret, non posset ulterius a Paulo discedere: ait enim ipse infra, col. 146, cum inter concionandum Paulum attulerat, ulterius relinquere non posse, et a proposito argumento abduci. Tali igitur modo erga Paulum affectus Chrysostomus quatuordecim Epistolas Pauli ante quatuor Evangelia posuit, neque hic tantum, sed etiam capite secundo in Isaiam, col. 27, sic ait: *Non enim quemadmodum Pauli Epistolæ et Evangelia in unum collecta sunt, ita et prophetiae: sed, quod dixi, diversis temporibus.* Neque tamen ideo

SANCTI PATRIS NOSTRI

JOANNIS CHRYSOSTOMI
OPERA OMNIA.

INTERPRETATIO

IN ISAIAM PROPHETAM (a).

Laus Isaiae prophetae; sanctorum et prophetarum amor erga populos; nullus ad suscipiendam rem publicam aptior quam philosophus. — Hujus prophetæ excellētiam ex ipso maxime ejus opere percipere licet: illam vero perfectius declarat Paulus, qui acerius omnibus ejus virtutes neverat, utpote qui tanta cum plenitudine Spiritus loqueretur. Ejus enim loquendi libertatem, animum minime servilem, excelsam mentem, magnamque in prophetia de Christo perspicuitatem ostendens, haec omnia uno verbo complexus est dicens: *Isaias autem audet, et dicit (Rom. 10. 20): Inventus sum a non querentibus me: palam apparui iis, qui me non interrogabant (Isai. 65. 1).* Multa item commiseratione plenus erat. Non modo enim contra populi amentiam insurgebat, neque tantum libera lingua, et animo sublimiore imminentes illis ærumnas cum multa fiducia prænuntiabat, sed etiam in ipsis calamitatibus non minus quam ii qui in ipsas inciderant dolebat et cruciabatur, acerbiusque lugebat quam ii ipsi qui malis premebantur. Atque omnium, ut ita dicam, prophetarum sanctorumque talis mos erat, ut vel patrum amorem affectu erga contribules, quos regabant (b), superarent, et naturæ tyrannidem longo

spatio anteirent. Nemo enim, nemo utique tanto amoris affectu erga prolem flagrabat, quanto illi ad mortem usque erga eos quos moderabantur, lacrymantes, lugentes, pro illis dira patientibus Deum obserantes, simul abducti in miseriarum consortium; nihil non agentes et patientes, ut illos a superna ira et ab ingruentibus rebus tristibus ciperent. Etenim nihil ad suscipiendam rem publicam aptius, quam anima philosophiae plena misericordiae addicta. Ideo Moysem illum magnum in administrationis publicæ solium Deus evexit, quia ille prius suum erga populum amorem operibus exhibuerat, posteaque dicebat: *Si quidem dimittis illis peccatum, dimitte; sin minus, et me dele de libro quem scripsisti (Exod. 32. 31. 32).* Et ille ipse [Isaias] illos cernens pereuntes, dicebat: *Dimitte me, amare flebo. Ne contendatis consolari me super contributione filiæ generis mei (Isai. 22. 4).* Jeremias vero post urbis excidium longas edidit lamentationes. Ezechiel porro cum illis profectus est, tolerabiliusque putabat in aliena, quam in propria terra degere, e re maxime fore existimans, si calamitate oppressis ad consolationem præsens esset, aliorumque res curaret ac dirigeret. Daniel autem pro reditu illorum viginti et plures

(a) Collata est cum Ms. Regio 1955, quem unicum habemus, et cum variis lectionibus, quas Savilius ad calcem octavi Tomi edidit ex Ms. Bavario.

(b) Prophetarum subditos hic dicit Judæos. Id quod sane verum esse potuit sub Moyse et Samuele. Verum erga alios prophetas quonodo subditi prophetarum dici poterant Ju-

dæi? Hic vero nulla potest suspicio esse mendi; nam hæc vox paulo post repetitur. Subditos autem prophetis Judæos hic dicere puto Chrysostomum, quia in iis quæ religionem et cultum Dei spectabant, prophetis obsequabantur, vel obsequi jubebantur.

putandum est Joannem nostrum Epistolas Pauli Evangelii præposuisse, sed parum interesse putabat, ultra prima ponerentur, quoniam, ut jam dixi, omnia sciebat ex eodem Spiritu promanavisse.

Ad opuscula sequentia satis sunt ea quæ in Monitis præfati sumus. Unum restat admonendum, nempe dixisse nos in Monito ad Homiliam de Legislatore, Florilegia in fine hujusce Tomi edenda a nobis esse. Id scilicet initio decreveramus. Verum postea cum advertissemus fore ut in nimiam molem cresceret hic Tomus, si Florilegia in fine ederemus, illa in aliud Tomum cùdenda misimus.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ

ΕΡΜΗΝΕΙΑ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΠΡΟΦΗΤΗΝ ΙΣΑΙΑΝ.

Τοῦ προφήτου τούτου τὸ ἔξαίρετον μάλιστα μὲν καὶ αὐτόθιν ἔστιν ίδειν, δεῖχνυτι δὲ αὐτὸν ἐντελέστερον διπάντων ἀκριβέστερον τὰς ἀρετὰς αὐτοῦ εἰδὼς Παῦλος, ἃς Πνεύματι τοσούτῳ φθεγγόμενος. Τὴν γὰρ ἐλευθεροστομίαν αὐτοῦ, καὶ τὸ φρόνημα τὸ ἀδυύλωτον, καὶ τὴν ὑψηλὴν γνώμην, καὶ τὴν πολλὴν ἐν τῇ περὶ τοῦ Χριστοῦ προφητείᾳ σαφήνειαν ἐνδεικνύμενος, ἀπαντα ταῦτα ἐνὶ φήματι παρέστησεν εἰπών· Ἰσαίας δὲ ἀποτολμᾷ καὶ λέγει· Εὐρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν· ἐμφανῆς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσι. Πολὺ δὲ αὐτοῦ καὶ τὸ συμπαθές. Οὐ γὰρ δὴ μόνον κατεξανίστατο τῆς τοῦ δῆμου μανίας, οὐδὲ ἐλευθέρᾳ γλώττῃ καὶ ὑψηλοτέρᾳ γνώμῃ τὰ μέλλοντα αὐτοὺς καταλήψεσθαι λυπηρὰ μετὰ πολλῆς ἀπήγγειλε τῆς παρρησίας, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐταῖς ταῖς τῶν πραγμάτων περιστάσεσιν αὐτῶν οὐκ ἔλαττον τῶν ἐμπιπόντων ἀλγεῖ καὶ δάκνεται, καὶ πικρότερον τῶν ἀλόντων ἔδύρεται. Καὶ πάντων δὲ, ὡς εἰπεῖν, τῶν προφητῶν καὶ τῶν ἀγίων τοιοῦτον τὸ ἔθος· πατέρων φιλοστοργίαν τῇ περὶ τοὺς ἀρχομένους ἀπέκρυψαν διαθέσει, καὶ τὴν τῆς φύσεως τυραννίδα ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος [2] ὑπερηκόντισαν. Οὐδεὶς γὰρ, οὐδεὶς ποτε φιλόπαις οὖτω τῶν ἐκγόνων περιεκάίτο, ὡς οὗτοι τῶν ἀρχομένων ὑπεραπέθησκον, δύσυρόμενοι, θρηνοῦντες, κακῶς πασχόντων αὐτῶν τὸν Θεὸν παρακαλοῦντες, συναπαγόμενοι, κοινωνοῦντες τῶν δεινῶν, πάντα καὶ ποιοῦντες καὶ πάσχοντες, ζωτε αὐτοὺς ἔξελέσθαι καὶ τῆς ἀνωθεν ὁργῆς, καὶ τῆς τῶν πραγμάτων ἐπιδρομῆς. Καὶ γὰρ οὐδὲν οὖτως ἐπιτήδειον εἰς ἀρχῆς αἴρεσιν, ὡς ψυχὴ φιλόσοφος καὶ συ-

αλγεῖν ἐπισταμένη. Διὰ τοῦτο καὶ Μωϋσέα τὸν μέγαν ἐπὶ τὸν θρόνον τῆς δημαγωγίας ἀνεβίβασεν ὁ Θεὸς, ἐπειδὴ προλαβὼν διὰ τῶν ἔργων ἐπεδείξατο τὴν ὑπὲρ τοῦ δῆμου φιλοστοργίαν, καὶ μετὰ ταῦτα ἔλεγεν, Εἰ μὲν ἀφεῖς αὐτοῖς τὴν ἀμαρτίαν, ἀφες· ἐπειδὴ κάμε ἐξάλειψον ἐκ τῆς βίβλου ἡς ἔγραψας. Καὶ αὐτὸς οὗτος δρῶν ἀπολλυμένους αὐτοὺς^a, ἔλεγεν· Αφετέ με, πικρῶς κλαύσομαι. Μὴ κατισχύσῃτε παρακαλεῖτε με ἐπὶ τὸ σύντριμμα τῆς θυταρδὸς τοῦ γένους μου. Οἱ δὲ Ιερεμίας καὶ θρήνους μακροὺς συνέθηκε, τῆς πόλεως κατενεχθείσης. Ιεζεκιὴλ δὲ καὶ συναπῆλθε, καὶ τὴν ἀλλοτρίαν τῆς οἰκείας κουφοτέραν εἶναι ἐνόμιζε, μέγιστου εἰς παραμυθίαν τῆς συμφορᾶς ἔχων τὸ παρεῖναι τοῖς κάμνουσι, καὶ διορθοῦν τὰ ἐτέρων πράγματα. Καὶ δὲ Δανιὴλ δὲ ὑπὲρ τῆς ἀνόδου τῆς τούτων εἶκοσι καὶ πλείους ἡγέρας διέμενεν^b ἀστιος, καὶ πᾶσαν σπουδὴν ἐπεδείξατο, τὸν Θεὸν ἰκετεύων ἀφεθῆναι τῆς πικρᾶς δουλείας αὐτούς. Καὶ τῶν ἀγίων δὲ ἔκαστος ἐντεῦθεν φαίνεται λάμπων. Οὕτω καὶ δὲ Δαυΐδ δρῶν τὴν θεήλατον ὁργὴν ἐκείνην ἐπὶ τὸν δῆμον φερομένην, ἐφ' ἐαυτὸν ἐκάλει τὴν πληγὴν, λέγων· Ἐγώ δὲ ποιμὴν ἥμαρτος, καὶ ἐγώ δὲ ποιμὴν ἐκακοποίησα· καὶ οὗτοι, τὸ πολυτιον, τὸ ἐποιησαρ; Γενέσθω ἡ χειρ σου ἐπ' ἐμοὶ, καὶ ἐρ τῷ οἰκείῳ τοῦ

^a Reg. ἀπολλυμένους αὐτόν, male. Hic autem αὐτὸς οὗτος, qui ex serie verborum videtur Moyses esse, est Isaias, ex cap. 22, v. 4.

^b Reg. διέμενεν.

ππτρός μου. Καὶ Ἀδραὰμ ὁ πατριάρχης πόρφω τῶν κακῶν ἐστηκὼς, καὶ οὐδὲν ἔχων κοινὸν πρὸς τὰ καταληψόμενα τοὺς ^a ἐν Σοδόμοις κακὰ, ως ἐν αὐτοῖς μέσοις τοῖς δεινοῖς ἐμβεβήκως, οὕτω παρεκάλει καὶ ἐδέετο τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐδὲ ἀνἀπέστη πάντα ποιῶν καὶ λέγων, ὥστε λῦσαι τὸν γαλεπὸν ἐμπρησμὸν ἐκείνου, εἰ μὴ ὁ Θεὸς αὐτὸν ἀφεῖς ἀπῆλθεν. Οἱ δὲ ἐν τῇ Καινῇ καὶ μείζονα ἐπεδείξαντο ταύτης τὴν ἀρετὴν, ἄτε καὶ πλειονος ἀπολελαυκότες χάριτος, καὶ πρὸς μακρότερα κληθέντες σκάμματα. Διὰ τοῦτο καὶ Πέτρος ἀκούων τοῦ Χριστοῦ λέγοντος, ὅτι τοῖς πλουτοῦσι δυσκολωτάτῃ ἡ πρὸς τὸν οὐρανὸν εἰσόδος, ἡγωνίᾳ καὶ ἔτρεμε, καὶ πεῦσιν προσῆγε λέγων· *Tl̄c ἀρα δύναται σωθῆναι; καίτοι γε ὑπὲρ τῶν καθ' ἑαυτὸν θαρρῶν πραγμάτων.* Οὐ γάρ τὸ ἑαυτῶν ἐσκόπουν, ἀλλὰ τῆς αἰκουμένης ἐφρόντιζον. Καὶ Παῦλος δὲ δι' ὅλων τοῦτο ἡμῖν ἐνδείκνυται τῶν ἐπιστολῶν ^b· ὃς οὐδὲ τὸν Χριστὸν ίδειν ἦνέσχετο πρὸς τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας, οὕτω λέγων· *Τὸ ἀγαλύνσαι, καὶ σὺν Χριστῷ εἰραι, κρεῖσσον, τὸ δὲ ἐπιμεῖναι τῇ σαρκὶ ἀραιγκαιότερον δι' ὑμᾶς.* Τοιοῦτον καὶ οὗτος ἡμῖν διατηρεῖ τὸν χαρακτῆρα ὁ προφήτης, καὶ λέγων τὰς ἀποφάσεις τοῦ Θεοῦ μετὰ πολλῆς [3] τῆς παρρησίας, καὶ ἐπιτιμῶν τοῖς ἀμαρτάνουσι, καὶ παρακαλῶν αὐτὸν συνεχῶς καὶ διὰ μακρῶν τῶν λόγων παροξυνόμενον κατ' αὐτῶν· καὶ τοῦτο μάλιστα πρὸς τῷ τέλει τῆς προφητείας ἔστιν ίδειν, τέως δὲ αὐτῶν ἀναγκαῖον ἀρξασθαι τῶν προοιμίων.

ΚΕΦΑΛ. Α'.

"Ορασις, ἡρ εἰδερ Ἡσαΐας.

^a. "Ορασιν καλεῖ τὴν προφητείαν, ἢ διὰ τὸ πολλὰ τῶν ἐκβησιμένων ἐπ' αὐτῆς ὀρῷν τῆς ὅψεως· ως δὲ Μιχαίας εἶδε τὸν λαὸν ἐσπαρμένον· καὶ δὲ Ιεζεκιήλ τὴν αἰχμαλωσίαν καὶ τὴν παρανομίαν τῶν τὸν ἥλιον προσκυνούντων καὶ τὸν Θαμούζην· ἢ διὰ τὸ τὴν ἀκοήν τῶν προφητῶν τὴν ἐκ τοῦ Θεοῦ γενομένην αὐτοῖς μηδὲν ἔλαττον ἔχειν τῆς ὅψεως, ἀλλ' ὅμοιως πληροφορεῖν, διπέρ ἐν τοῖς βιωτικοῖς οὐκ ἔνι. "Οτι γάρ ἐτέρως ἤκουον παρὰ τοὺς λοιποὺς τῶν ἀνθρώπων, φησί· *Προσέθηκέ μοι ώτοις ἀκούειν.* Ποιεῖ δὲ καὶ τὸν λόγον ἀξιόπιστον, ορασιν εἰπών, καὶ ἀνίστησι τὸν ἀκροατὴν, καὶ παραπέμπει πρὸς τὸν τὰ πράγματα δεῖξαντα. "Εθος γάρ αὐτοῖς ἄπασι τοῖς παρὰ τοῦ Θεοῦ διαπορθμεύσι τὰ λεγόμενα, τοῦτο πρὸ τῶν ἀλλων κατασκευάζειν, ως οὐδὲν οἴκοθεν φθέγγονται, ἀλλ' ὅτι θεῖοι χρησμοὶ τινές εἰσι τὰ λεγόμενα, καὶ γράμματα ἐκ τῶν οὐρανῶν καταβάντα. Οὕτω καὶ δὲ Δαυΐδ· *Η γιῶσσά μου κάλαμος γραμματέως δευτεράρχου.* Μὴ τοινυν τοῦ καλάμου νόμιζε εἶναι τὰ γράμματα, ἀλλὰ τῆς κατεχούσης αὐτὸν δειξιᾶς, τουτέστι, μὴ τῆς γλώττης τοῦ Δαυΐδ, ἀλλὰ τῆς κινούσης αὐτὸν χάριτος. Καὶ ἔτερος δὲ προφήτης τοῦτο αὐτὸν ἐνδεικνύμενος ἔλεγεν, ὅτι Αἰπόλος ἡμηνί, φησί, *συκάμινα κτιζω·* ίνα μὴ ἀνθρωπίνη σοφία τὰ λεγόμενά τις λογίσηται. Καὶ οὐδὲ τούτῳ ἡρχέσθη μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔτερόν τι προστέθεικεν εἰπών· *Ἄλλα μήτρ ἐτώ ἐνεπλήσθη ἰσχύος ἐν Πνεύματι Κυρίου, καὶ κρίματος, καὶ δυναστειας.* Οὐ γάρ δὴ μόνον σοφοὺς αὐτοὺς ἡ χάρις, ἀλλὰ καὶ Ισχυροὺς εἰργάζετο, οὐ τῇ τοῦ σώματος κατασκευῇ, ἀλλὰ τῇ

^a Reg. καταληψόμενα τοῖς.

^b Prīus Editi i habebant δι' ὅλου... ἐπιστολῶν, quod pulat Savilius dici posse eadem ratione qua dicit ipse Chrys. in psalm. xlvi, πανταχοῦ τῶν ἐπιστολῶν. — Malo tamen lectio nem mulare, et δι' ὅλου legere; imo sic legitur in Bavario.

γνώμη. Ἐπειδὴ γάρ πρὸς δῆμον εἶχον εἰ ταῦτα καὶ ἀναίσχυντον, αἰμάτων διψῶντα προφητικῶν, καὶ σφαγαῖς ἀγίων ἐμμελετῶντα, εἰκότως πολλῆς ἐδέοντο τῆς δυνάμεως, ώστε μὴ καταπλαγῆναι τὴν διφατον αὐτῶν ρύμην. Διὰ δὴ τοῦτο τῷ μὲν Ιερεμίᾳ φησί, Τέθεικά σε ὡς στῦλον σιδηροῦν, καὶ ὡς τεῖχος χαλκοῦν· τῷ δὲ Ιεζεκιήλ ^c, *Ἐρ μέσω σκορπίων σὺ κατοικεῖς, μὴ φοβηθῆς ἀπὸ προσώπου αὐτῶν, μηδὲ πτοηθῆς.* Καὶ Μωϋσῆς δὲ, ἡνίκα ἀπεστέλλετο, οὐχὶ τὸν Φαραὼ δεδοκώς, ἀναδύεσθαι μοι δοκεῖ μόνον, ἀλλ' αὐτὸν μάλιστα τὸν δῆμον τῶν Ιουδαίων. [4] Τῷ γοῦν Θεῷ διαλεγόμενος, καὶ τὸν βάρβαρον ἀφεῖς, μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς μαθεῖν ἔζητει, τί δεὶ πρὸς αὐτοὺς εἰπεῖν ἀπιστοῦντας, ὅτι δὴ παρὰ Θεοῦ ἀφιγμένος εἶη· καὶ τὰ σημεῖα τῆς ἐκείνων ἔνεκεν ἐλάμβανε γνώμης· καὶ μάλα εἰκότως. Εἰ γάρ εἰς αὐτὸν οὕτως ἐφόδησε, καὶ ταῦτα εὑεργετηθεῖς, τί εἰκότης ἦν αὐτὸν παθεῖν ἐννοοῦντα τὸν ἀτακτὸν δῆμον ἐκείνον; Διὰ δὴ τοῦτο οὐχὶ σοφίας μόνον, ἀλλὰ καὶ δυνάμεως ἐλάμβανε Πνεῦμα, καὶ ἔλεγεν· *Ἐνεπλήσθη ἰσχύος ἐν Πνεύματι Κυρίου, καὶ κρίματος, καὶ δυναστειας.* Καὶ ἔτερος δὲ πάλιν· *Ρῆμα Θεοῦ ἐγένετο πρὸς Ιερεμίαν τὸν Χελκίου.* Καὶ ἔτερος δὲ πάλιν· *Λῆμμα Νινευί.* Βιβλίον ^d δράσεως Ναούμ τοῦ Ελκεσαλού. Καὶ αὐτὸς γάρ οὗτος ἐτέρῳ δίκαιῳ τὸ αὐτὸν προτέροις ἀνδείκνυται, τοῦ Πνεύματος τὴν κατοχὴν λῆμμα καλέσας. Ἐπειδὴ γάρ λαμβανόμενοι ὑπὸ τοῦ Πνεύματος οὕτως ἐλέγοντες, τὴν ἐνέργειαν τῆς χάριτος οὕτως ὑνδμασε,

Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος πανταχοῦ προτίθεται τῶν ἐπιστολῶν τὸ τῆς ἀποστολῆς δνομα, διπέρ οἱ προφῆται ἐποίου διὰ τοῦ λέγειν, ὅρασις, καὶ λόγος, καὶ λῆμμα, καὶ δίκαιο, τοῦτο διὰ τοῦ τῆς ἀποστολῆς κατασκευάζων ὄνόματος. *Μισπερ γάρ δὲ λέγων δρασιν καὶ δίκαια Θεοῦ, οὐ τὰ οἰκεῖα φθέγγεται, οὕτω καὶ δὲ πόστο λον ἐαυτὸν καλῶν, οὐ τὰ παρ' ἑαυτοῦ διδάσκει, ἀλλ' ἀπερ δὲ ποστέλλων ἐκέλευσεν* ^e. *Ἀποστόλου γάρ ἀξιώματα, μηδὲν οἴκοθεν ἐπεισάγειν.* Διὸ καὶ δὲ Χριστὸς ἐλεγε· *Μὴ καλέσετε διδάσκαλον ἐπὶ τῆς γῆς· εἰς γάρ ύμῶν ἔστιν δὲ διδάσκαλος δὲν τοῖς οὐρανοῖς· δεικνύεις, οτι πᾶσα τῶν παρ' ἡμῖν δογμάτων ἡ ἀρχὴ τὴν βίζαν ἀνιώθεν Ελαθεν ἐκ τοῦ τῶν οὐρανῶν Δεσπότου, καν ἀνθρωποι ὡς πρὸς τὰ λεγόμενα διακονούμενοι.* *Ἡρ εἰδερ Ἡσαΐας.* Τὸ πῶς δρῶσιν οἱ προφῆται ταῦτα, ἀπερ δρῶσιν, οὐχ ἡμέτερον εἰπεῖν· οὐ γάρ δυνατὸν ἐρμηνευθῆναι λόγῳ τὸν τρόπον τῆς ὅψεως· ἀλλ' ἐκείνος μόνος οἶδε σαφῶς, δὲ τῇ πείρᾳ μαθών. Εἰ γάρ φύσεως ἔργα καὶ πάθη πολλάκις οὔδεις δὲν παραστήσεις λόγῳ, πολλῷ μᾶλλον τὸν τρόπον τῆς τοῦ Πνεύματος ἐνεργείας. Εἰ δὲ ἀμυδραῖς εἰκόσιν ἀποχρησάμενον δεὶ κατατολμῆσαι, οὐχ ὡστε τὰ σαφές παραστῆσαι ^f, ἀλλ' ὡστε αἰνίγματι παρασχεῖν. ἐμοὶ δοκεῖ ταῦτα καὶ ἐπὶ τῶν προφητῶν γίνεσθαι, οἷον δὲν ἡ καθαρῶν ὑδάτων φύσις ἡλιακὰς ἀκτίνας δεξιαμένη καταυγασθεῖη, οὕτω καὶ τῶν προφητῶν τὰς φυχὰς, καθαιρούμενας οἰκείᾳ ἀρετῇ πρῶτον, ὑποδέχεσθαι τὴν τοῦ Πνεύματος δωρεάν, καὶ πρὸς τὴν λαμπτηδόνα ποιουμένας ἐκείνην, οὕτω δέχεσθαι τῶν μελλόντων τὴν γνῶσιν. Γίδες

^c Savil. putat deesse λέγειν aut πρεσβείαν, vel simile quidam Boisius legendum esse ἄχον existimat. An desit aliquid non ausim affirmare: nam apud Chrysostomum hujusmodi ἀποστήσεις non paucæ occurunt.

^d Interpres legerat διὰ δὲ τοῦτο τῷ μὲν Ιερεμίᾳ δ Θεός οντι... τῷ δὲ Ιεζεκιήλ, et sic Bavarius. Regius vero Codex διὰ δὴ τοῦτο μὲν Ιερεμίας φησί.. τῷ δὲ Ιεζεκιήλ, male. Tifmannus optime legit.

^e Sic recte Savil. et Reg. Morel. vero Niveui, καὶ βιβ.

^f Reg. male δὲ ποστόλος ἐκέλευσεν.

^g Sic Bavarius Codex recte. Editū παραστῆναι.

dies jejunus mansit, nullamque non sollicitudinem adhibuit in supplicando Deo, ut illos ab amara servitate redimeret. Singuli quoque sancti hoc splendoris genere fulgent. Sic et David immissam in populum iram Dei cernens, in se vindictam revocabat dicens : *Ego pastor peccavi, et ego pastor malum perpetravi : et isti, qui gress sunt, quid fecerunt ? Fiat manus tua super me, et domum patris mei* (2. Reg. 24. 17). Abraham vero patriarcha, cum procul esset a malis, et nihil commune haberet cum pernicie illa Sodomitas invasura, quasi ipse in mediis calamitatibus consisteret, ita Deum precabatur et rogabat, neque finem facturus erat supplicandi ut dirum incendium averteret, nisi Deus illo dimisso abiisset. Sancti porro Novi Testamenti majorem exhibuere virtutem, utpote majori gratia donati, et ad diuturniora certamina vocati. Ideo Petrus Christum audiens dicentem, divitibus difficillimum esse cælorum ingressum, angebatur et tremebat, atque ita sciscitatus est : *Quis ergo potest salvare* (Luc. 18. 26)? etiamsi circa res suas consideret. Non enim de rebus suis, sed de orbe solliciti erant. Paulus certe per omnes Epistolas suas illud indicat: qui prius habebat hominum salutem, quam Christum videre, ita dicens : *Resolvi, et cum Christo esse, melius est, manere autem in carne magis necessarium propter vos* (Philipp. 1. 23. 24). Talem nobis servat formam hic propheta; Dei namque sententias cum magna fiducia profert, peccatores increpat, ipsumque contra illos exasperatum longis frequenter sermonibus placat; quod in fine maxime prophetæ videre est. Tandem ipsum aedendum est prophetæ exordium.

CAPUT I (a).

Visio quam vidi Isaias.

1. Visionem vocat prophetiam, vel sic loquitur, quod multa eorum quæ eventura erant sub aspectu haberet; quemadmodum Michæas vidi populum dispersum (3. Reg. 22. 17); et Ezechiel captivitatem ac prævaricationem eorum qui solem et Thamuzem adorabant (Ezech. 8. 14): vel quia id quod prophetæ a Deo audiebant, ipso rerum conspectu nihil minus haberet, sed perinde fidem ficeret, secus quam in rebus hujus mundi. Quod enim alio audirent modo, quam reliqui homines, id ille ait : *Addidit mihi aurem ad audiendum* (Isai. 50. 4). Sermonem autem fide dignum reddit cum ait, Visio, auditoremque excitat, et ad eum qui res exhibuit transmittit. Mos enim erat omnibus, qui Dei dicta in alios transmittebant, illud ante alia constituere, se nihil a semetipsis loqui, sed divina ab se proferri oracula et scripta ex cælis delata. Sic David aiebat : *Lingua mea calamus scribæ velociter scribantis* (Psal. 44. 2). Ne putes igitur literas ex calamo prodire, sed ex dextera tenentis eum; id est, non ex lingua Davidis, sed ex gratia ipsam moveente. Alius vero prophetæ idipsum declarans dicebat : *Caprarius erum sycomorus evellens* (Amos 7. 14); ne quis dicta

(a) Nulla capitum distinctio habetur in Regio Codice. Imo in veteribus MSS. longe diversus erat capitum ordo, ut viideas in Bibliotheca nostra Coislavia, de libris Biblicis.

humanæ sapientiæ adscriberet. Neque hoc dicto contentus fuit, sed aliud addidit his verbis : *Sed ego repletus sum fortitudine in Spiritu Domini, et iudicio, et potentia* (Mich. 3. 8). Gratia quippe illos non modo sapientes, sed etiam fortes efficiebat, non corporis constitutione, sed mente. Quia enim cum populo rem habebant audace et impudente, ac sanguini prophetarum inhiante, sanctorumque cædem moliente, multa certe illi egebant fortitudine, ut ne eorum impetum formidarent. Ideo Jeremiæ dicitur, *Posui te ut columnam ferream et ut murum æreum* (Jer. 1. 18); Ezechieli autem, *In medio scorpiorum tu habitas, ne timcas a facie eorum, neque formides* (Ezech. 2. 6). Moyses quoque cum mitteretur, non Pharaonem tantum, sed et populum Judaicum metuens, recusasse mihi videtur (Exod. 4. 10). Deum igitur alloquens, barbaro dimisso, ediscere ingenti studio peroptabat, quid dicendum ipsis esset non credentibus, se a Deo missum accedere; signaque accepit ad illorum mentem subigendam opportuna: et merito quidem. Nam si unus illorum ipsum ita exterruit, et quidem beneficio affectus, quid passum esse verisimile est turbulentum illum populum mente revolventem? Ideo non sapientiæ modo, sed etiam fortitudinis Spiritum accepit, et ideo dicebat ille : *Repletus sum fortitudine in Spiritu Domini, et iudicio, et potentia* (Mich. 3. 8). Aliusque iterum : *Verbum Dei factum est ad Jeremiam filium Chelciæ* (Jer. 1. 1). Et alias rursum : *Assumptio Ninives. Liber visionis Nahum Elcesæi* (Nahum. 1. 1). Hic ipse quoque Isaias altero verbo idipsum quod prius declarat, Spiritus participationem vocans assumptionem. Quoniam enim a Spiritu assumpti sic loquebantur, operationem gratiæ ita vocavit.

Apostolus a Deo missus, ut nomen ipsum sonat. Nobilitas non ex majoribus, sed ex merito proprio. — Idcirco Paulus omnibus Epistolis apostolatus nomen præmittit: quod etiam prophetæ faciebant, cum dicerent, visio, et verbum, et assumptio, et sermo; idipsum ille per apostolatus nomen efficiebat. Sieut enim is, qui dicit visionem et sermonem Dei, non propria effert: sic et qui seipsum apostolum vocat, non sua docet, sed ea quæ jussit is qui misit. Apostoli namque dignitas est per se nihil offerre. Idcirco dicebat Christus : *Ne vocetis magistrum super terram: unus enim est magister vester, qui est in cælis* (Matt. 23. 10); ostendens omne dogmatum nostrorum principium, radicem desuper ex cælorum Domino accepisse, etiamsi homines sint qui ad illa ministrant. *Quam vidit Isaias.* Quomodo hæc, quæ vident prophetæ, videant, dicere non nostrum est; visionis quippe modum non possumus interpretari; sed ille solum clare novit, qui experientia didicit. Etenim si naturæ opera et affectus sæpe nemo explicare potest, multo minus modum operationis Spiritus. Quod si obscuris imaginibus audacter quis id aggredi possit, non certe ita poterit ut clarum id reddat, sed in ænigmate id effret. Mihi quidem videtur id ita factum esse in prophetis, ut cum aquæ limpidae natura radios solares

excepit, tota illustratur, sic et prophetarum animas propria virtute prius expurgatas, donum Spiritus accipere, et ad fulgorem illum concinnatas ita futurorum notitiam admittere. *Filius Amos.* Cur patrem commemorat? Aut ad tollendum aequivocum, aut ut discamus patris vilitatem filii virtutem non obscurare: nobilitatemque esse non ex præclaris majoribus oriri, sed ex propria magnitudine. Hic certe ex ignobili patre natus, omnibus illustrior evasit, propriæ virtutis excellentia fulgens. *Quam vidi: contra Judæam et contra Ierusalem.*

2. Cur distinete utrumque locum commemorat? Quia pœnæ divisim inflictæ sunt, diversisque temporibus, Deo id sapienter dispensante, ne omnes una perirent, sed sensim et paulatim, ut abductorum suppicio cæteri resipiscerent. Quod si pharmaco non fuerint, ut par erat, usi; non medici, sed agritorum culpa erit. Id autem facit semper et in singulis generationibus, non omnes simul in eadem peccata lapsos plectens; nam alias totum genus nostrum jam olim sublatum esset; sed ab aliis hic pœnas repetit, leviori hinc illis parans in alia vita cruciatum: atque æqualibus ipsorum mutationis in melius magnam occasionem suppeditat: illos autem qui neque ex proprio motu, neque ex tali dispensatione quidpiam luxurari volunt, ad inevitabilem et tremendum judicium diem reservat. *In regno Oziæ et Joathan, et Achaz et Ezechiae, qui regnarunt in Judæa.* Opportune tempus adjicit, studiosum auditorem remittens ad historiam rerum gestarum. Ita enim prophetia facilius intelligetur clariusque erit, si discamus, qua rerum conditione, et quo in statu Judaicarum plagarum, prophetæ pharmaca concinnarint. **2. Audi, cælum, et auribus percipe, terra, quia Dominus loquutus est.** Multa plenum est iræ hoc exordium. Nisi enim ingens esset et ineffabilis indignatio, nequaquam, missis hominibus, ad elementa sermonem vertisset. Illud vero facit non modo iræ declarandæ causa, sed ut eos qui audituri erant, ingenti pudore suffunderet, ostendens eos qui ratione decorati essent, pejus se habere, quam elementa sensu carentia. Id quod etiam cæteris prophetis in more est. Idecirco is qui ad Jeroboamum missus fuerat, omisso rege ad quem mittebatur, altare alloquitur (**3. Reg. 15. 1. 2.**). Et Jeremias terram vocabat dicens: *Terra, terra, terra: scribe hunc virum, virum proscriptum* (**Jer. 22. 29. 50.**) Aliusque rursum dicebat: *Audite, valles, fundamenta terræ. Filios genui* (**Mich. 6. 2.**). Non commune omnibus hominibus hic ponit beneficium, quod nempe facti essent, sed insigne quodpiam, quod filii effecti essent. Semper enim beneficia inferre incipit Deus. Ac quemadmodum cum hominem crearet, qui non ante fuerat, eum in principio honoravit dicens, *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* (**Gen. 1. 26.**); in nova autem lege majori nos ornavit beneficio; non solum enim nihil operatos, sed etiam innumeris malis onustos honoravit per lavacrum regenerationis: ita et hic videre est; nam eos qui non modo in adoptione nihil boni egerant, sed etiam lapsi fuerant, ho-

noravit. Nec vero quia ante labores honorare solet, post labores mercede privat; sed tunc majora conferunt præmia. *Et exaltavi.* Quæ in Ægypto, quæ in deserto, quæ in Palæstina gessit, uno verbo carptum testigat. Mos enim Deo est ob beneficiorum copiam in narratione gestorum non minutatim insistere. *Ipsi autem spreverunt me.* Transgressi sunt, inquit, legem meam, mandata dereliquerunt. **3. Cognovit bos possessorem suum, et asinus præsepe domini sui.** Compunctiones accusationi accessionem parant, maxime vero cum ex inæqualibus concinnantur: quemadmodum et Christus ait: *Viri Ninivitæ surgent in iudicio cum generatione hac, et condemnabunt eam* (**Luc. 11. 32.**); ac rursum: *Regina austri surget in iudicio, et condemnabit generationem hanc, quia venit ex finibus terræ audire sapientiam Salomonis* (**Ibid. v. 31.**). Rursusque Jeremias ait: *Ite ad insulas Chetiim et videte in Cedar. Mittite et cognoscite, si mutabunt gentes deos suos: populus vero meus mutavit gloriam suam, ex quo nihil proficiet* (**Jer. 2. 10. 11.**). Docet legem non duran- esse, et quantam mensuram exigat ab hominibus, quam bruta, et bruta omnium stupidissima implere possint. Sed dixerit quispiam, Illa in natura habent quod cognoscant. Sed possumus ea quæ bruta ex natura sua faciunt ex proposito voluntatis implere. *Cognovit bos possessorem.* Non ex doni excellentia in medium adducit, sed ex nequitiae¹ redundantia illorum auget reprehensionem. Quemadmodum enim ad illorum pudorem elementa evocat: ita non hominibus, sed brutis ipsos comparat, ac brutorum stupidissimis, illisque pejores esse ostendit.

3. Idem facit et Jeremias, torturem et hirundinem in medium evocans (**Jer. 8. 7.**); et Salomon, nunc ad formicam, nunc ad apem mittens eum qui otiose vivit (**Prov. 6. 6.**). *Israel autem me non cognovit* (**Ecli 11. 3.**). Accessio malitiæ est, cum ii qui familiares erant, post tot honores, omnes confertim ad malitiam sponte consugiunt. Non dixit, Jacob, sed, *Israel*, ut ex virtute progenitoris ingratum nepotum animum magis ostenderet. Ille enim animi virtute benedictionem in nomine expressam promeruit: illi vero ob iniquitatem ipsam prodiderunt. *Et populus meus me non intellexit: Me,* inquit, sole clariorem. **4. Væ genti peccatri.** Hoc etiam prophetis in more fuit, ut eos lugerent, qui incurabili morbo laborarent. Sic et Jeremias multis in locis; sic et Christus cum dicit: *Væ tibi Chorazi, væ tibi Bethsaida* (**Matth. 11. 21.**). Nam hoc etiam doctrinæ species est. Quem enim sermo non potuit reformare, luctus persæpe emendavit. *Populo pleno peccatis.* Alia accusationis accessio, quod omnes, quod admodum [peccatores sint]. *Semini nequam.* Non originem eorum vituperat, sed ostendit eos a prima ætate improbos fuisse. Sicut enim Johannes cum dicit, *Serpentes, genimina viperarum* (**Matth. 3. 7.**), non naturam vituperat: non enim dixisset,

¹ Forte melius, Græca lectione aliquantum mutata: *Non modo ex doni ipsis concessi excellentiæ, sed ex nequitiae, etc.* Itæc ex Alieno notavimus.

Αρμῶς. Τίνος ἔνεκεν τοῦ πατρὸς μέμνηται; "Η διὰ τὰς ὁμωνυμίας, η ὥστε μαθεῖν διὰ οὐδὲν εὔτελεια πατρὸς ἐπισκιάζει παιδὸς ἀρετὴν· οὐδὲ εὐγένεια τοῦτο τὸ ἐκ μεγάλων φῦναι, ἀλλὰ τὸ μεγάλους αὐτοὺς γενέσθαι. Οὐτός τε ἀσῆμου πατρὸς ὅν, πάντων φαιδρότερος γέγονε, τῇ τῆς οἰκείας ἀρετῆς λάμψας ὑπερβολῇ." Ἡρεὶδε κατὰ τῆς Ἰουδαίας καὶ κατὰ Ἱερουσαλήμ.

β'. Τίνος ἔνεκεν διηρημένως ἔκατέρων ἐμνημόνευσε τῶν χωρίων; Ἐπειδὴ καὶ αἱ τιμωρίαι διηρημένως [5] γεγόνασι, καὶ ἐν διαφόροις καιροῖς, τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦτο σοφῶς οἰκονομήσαντος, τὸ μὴ πάντας ἀθρόον ἀπολέσαι, ἀλλ' ἡρέμα καὶ καταμικρὸν, ὥστε τῇ τῶν ἀπαχθέντων τιμωρίᾳ τοὺς λειπομένους γενέσθαι σωφρονεστέρους. Εἰ δὲ οὐκ ἔχρισαντο εἰς δέον τῷ φαρμάκῳ, οὐχὶ τοῦ ιατροῦ, ἀλλὰ τῶν καμνόντων τὸ ἔγκλημα. Ποιεὶ δὲ αὐτὸς διὰ παντὸς, καὶ καθ' ἐκάστην γενεάν, οὐ πάντας ὅμοῦ τοὺς τὰ αὐτὰ ἀμαρτάνοντας ὅμοῦ καὶ κολάζων· η γάρ ἀν διπάν ἡμῶν πάλαι ^a προανηρπάσθη τὸ γένος· ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐνταῦθα ἀπαιτεῖ δίκην, αὐτοῖς τε ἐκείνοις κουφοτέραν τὴν ἔκει κατασκευάζων κόλασιν, καὶ τοῖς συνακμάζουσιν αὐτοῖς μεγίστην τῆς ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολῆς προαποιθέμενος ὑπόθεσιν· τοὺς δὲ μήτε οἰκοθεν, μήτε ἐκ τῆς τοιαύτης οἰκονομίας βουλομένους τι κερδαίνειν, ἀπαραιτήτῳ καὶ φοβερῷ τῆς κρίσεως ταμιευόμενος ἡμέρᾳ. Ἐν βασιλείᾳ Ὀζίου καὶ Ἰωάθαρ, καὶ Ἀχαζ καὶ Ἐλεκίου, οἱ ἐβασιλευσαρ τῆς Ἰουδαίας. Καὶ τὸν καιρὸν ἀναγκαῖως προτίθησι ^b, τὸν φιλόπονον ἀκροατὴν παραπέμπων εἰς τὴν ἱστορίαν τῶν γεγενημένων. Οὕτω γάρ εύμαθεστέρα τε ἔσται καὶ σαφεστέρα ἡ προφητεία, εἰ μάθοιμεν, πῶς τῶν πραγμάτων διακειμένων, καὶ πῶς τῶν τραυμάτων ἔχοντων τῶν Ἰουδαϊκῶν, οὗτοι τὰ φάρμακα κατεσκεύασαν. Ἀκούε, οὐρανὲ, καὶ ἐρωτίζου, τῇ, δι τοῦ Κύριος ἐλάλησε. Πολλοῦ γέμει τοῦ θυμοῦ τὸ προσέμιον. Εἰ γάρ μὴ σφοδρά τις ἦν καὶ ἄφατος ἡ ὀργὴ, οὐκ ἀν τοὺς ἀνθρώπους ἀφεῖς, πρὸς τὰ στοιχεῖα τὸν λόγον ἔστρεψε ^c. Ποιεὶ δὲ αὐτὸς, οὐχ ὥστε τὴν ὀργὴν ἐνδεῖξασθαι μόνον, ἀλλ' ὥστε καὶ αὐτοὺς τοὺς ἀκούειν μέλλοντας μετὰ πολλῆς ἐντρέψαι τῆς ὑπερβολῆς, δεικνὺς ὅτι τῶν ἀναισθήτων φύσει στοιχείων γείρον οἱ λόγοι τετιμημένοι διάκεινται. Τοῦτο δὲ καὶ ἐτέροις ἔθος προφήταις ποιεῖν. Διά τοι τοῦτο καὶ διὰ τὸν πρὸς τὸν Ἱεροβοάμ ἀποσταλεῖς, ἀφεῖς τὸν βασιλέα πρὸς διὰ ἀπεστέλλετο, τῷ θυσιαστηρίῳ διαλέγεται. Καὶ Ἱερεμίας τὴν γῆν ἐκάλει λέγων· Γῆ, γῆ, γῆ· γράγον τὸν ἀρδα τοῦτον, ἀρδα ἀκκήρυκτον. Καὶ ἐτερος πάλιν Ἐλεγεν· Ἀκούσατε, φάραγγες, θεμέλια τῆς γῆς. Κλούς ἐγέννησα. Οὐ τὴν κοινὴν πρὸς πάντας ἀνθρώπους τίθησιν εἰς αὐτοὺς εὐεργεσίαν, ὅπερ ἦν τὸ γενέσθαι, ἀλλὰ τὴν ἐξαίρετον, ὅπερ ἦν τὸ δι υἱοὺς γενέσθαι. Πανταχοῦ γάρ ἀρχεῖ τῶν εὐεργεσιῶν ὁ Θεὸς, καὶ ὥσπερ τὸν ἀνθρώπον πλάτων, οὐδέπω γενόμενον ἐτίμησε τῇ ἀρχῇ, εἰπὼν, Ηομίσωμεν ἀνθρώπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὅμοιωσιν· ἐπὶ δὲ τῆς Καινῆς καὶ μειζόνως· οὐ γάρ δὴ μόνον μηδὲν εἰργασμένους, ἀλλὰ καὶ μυρίκ κακά εἰργασμένους ἐτίμησε διὸ τῆς τοῦ λουτροῦ παλιγγενεσίας· οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἔστιν ἴδειν, ὅτι τῇ υἱοθεσίᾳ οὐχὶ μόνον οὐδὲν κατωρθωκότας, ἀλλὰ καὶ ἐπταιχότας ἐτίμησεν. Οὐ μήν ἐπειδὴ τιμῷ πρὸ τῶν πόνων, ἀποστέρει μετὰ τοὺς πόνους, ἀλλὰ καὶ τότε μείζονα διδωσι τὰ ἐπαθλα. Καὶ ὑψώσα· Τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, τὰ ἐν τῇ

[6] ἐρήμῳ, τὰ ἐν Παλαιστίνῃ ἐνί ῥήματι παρέδραμεν. "Ἐθος γάρ τῷ Θεῷ τοῦτο, διὰ τὴν περιουσίαν τῶν εὐεργεσιῶν μὴ κατεμικρὸν ἐνδιατρίβει τῇ διηγήσει τῶν γεγενημένων. Αὐτοὶ δέ με ἡθέτησαν. Παρέβησάν μου, φησί, τὸν νόμον, τὰ προστάγματα κατέλιπον." Εγρα ριῶς τὸν κτησάμενον, καὶ διος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ. Αἱ συγκρίσεις αδησιν τῆς κατηγορίας ποιοῦσι, καὶ μάλιστα ὅταν ἐξ ἀνίσων ὡσι· καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς φησί· "Ἄνδρες Νινευῖται ἀραστῆσοται ἐρ τῇ κρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακριοῦσιν αὐτήν· καὶ πάλιν· Βασιλισσα ρότου ἐγερθήσεται ἐρ τῇ κρίσει, καὶ κατακριεῖ τὴν γενεᾶν ταύτην, δι τῇ ἡλιθεν ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς ἀκοῦσαι τὴν σοφιαν Σολομῶντος. Καὶ Ἱερεμίας δὲ πάλιν φησί· Πορεύθητε εἰς τῆσσους Χετιμ ^e, καὶ ἰδετε εἰς Κεδάρ. Ἀποστελλατε καὶ γνῶτε, εἰ ἀλλάξοται ἔθνη θεοὺς αὐτῶν· δὲ λαὸς μου ἡλλάξατο τὴν δόξαν αὐτοῦ, δι τῇ ὡφεληθήσεται. Τὸ διεπαχθὲς τῆς νομοθεσίας δείκνυσι, καὶ δισν ἀπαιτεῖ παρὰ τῶν ἀνθρώπων μέτρον, δ καὶ ἀλόγοις εὐκολον κατορθῶσαι, καὶ ἀλόγων τοῖς ἀνοητέροις. Ἄλλ' ἐρεῖ τις, δι τῇ ἐκείνα ἐν τῇ φύσει ἔχει τὸ γνωρίζειν. Ἄλλα δυνατὸν τὰ φύσει κατορθούμενα ἐκείνοις ἐκ προαιρέσεως ὑφ' ἡμῶν γίνεσθαι. "Εγρα ριῶς τὸν κτησάμενον· οὐ τῷ ἐξαιρέτῳ ^f τῆς δωρεᾶς τιθεὶς αὐτοὺς αἴξει τὴν κατηγορίαν. "Ωσπερ γάρ εἰς ἐντροπὴν αὐτῶν τὰ στοιχεῖα καλεῖ, οὕτω πάλιν οὐκ ἀνθρώποις, ἀλλὰ ἀλόγοις αὐτοῖς συγκρίνει, καὶ τούτων τοῖς ἀνοητοτάτοις, καὶ δείκνυσι χείρους κάκείνων.

γ'. Οὕτω καὶ Ἱερεμίας ποιεὶ, τρυγόνα καὶ χειδόνα παράγων εἰς μέσον, καὶ δι τοῦ Σολομῶν δὲ νῦν πρὸς τὴν μύρμηκα, νῦν δὲ πρὸς τὴν μέλιτταν πέμπων τὸν ἀργὸν βίον ζῶντα. Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγρω. Ἐπίτασις κακίας, ὅταν καὶ οἱ ψκειωμένοι, καὶ μετὰ τοσαύτας τιμάς, καὶ πάντες ἀθρόον πρὸς τὴν κακίαν ὡσιν τὸντομοληκότες. Οὐκ εἶπεν, Ἰακὼβ, ἀλλ' Ἰσραὴλ, ὥστε τῇ ἀρετῇ τοῦ προγόνου τῶν ἔχοντων μείζονα δεῖξαι τὴν ἀγνωμοσύνην. "Ο μὲν γάρ τῇ τῆς ψυχῆς ἀρετῇ τὴν εὐλογίαν ἐπεσπάσατο τὴν τῆς προσηγορίας, οἱ δὲ διὰ τῆς παρανομίας αὐτὴν προῦδωκαν. Καὶ δι λαὸς μου ἐμὲ οὐ συνῆκεν· "Εμὲ, φησί, τὸν τοῦ τήλου φανερώτερον. Οὐαὶ ἔθνος ἀμαρτωλόν. Καὶ τοῦτο τοῖς προφήταις ἔθος, τοὺς τὰ ἀνίστα νοσοῦντας θρηνεῖν. Οὕτω καὶ Ἱερεμίας πολλαχοῦ· οὕτω καὶ Χριστὸς λέγων· Οὐαὶ σοι Χωραζίς, οὐαὶ σοι Βηθσαΐδα. Ἐπει καὶ τοῦτο διδασκαλίας εἶδος. "Ον γάρ οὐκ ἀνεκτήσατο λόγος, τοῦτον πολλάκις διώρθωσε θρῆνος. Λαὸς πλήρης ἀμαρτιῶν. "Ἄλλη προσθήκη κατηγορίας, τὸ καὶ πάντας, καὶ μετ' ἐπιτάσεως. Σπέρμα πονηρόν. Οὐ τὴν γένεσιν αὐτῶν διαβάλλει, ἀλλὰ δείκνυσιν ἐκ πρώτης ἡλικίας διντας κακούς. "Ωσπερ γάρ δι τοῦ λέγων, "Οφεις, γεννήματα ἐχιδνῶν, οὐ τὴν φύσιν [7] ἀτιμάζει· οὐ γάρ δι εἶπε, Ποιήσατε οὖν καρποὺς ἀξίους τῆς μεταρολας, εἰ φύσι καὶ ἀπὸ γεννήσεως ἡσαν τοιοῦτοι· οὕτω καὶ ἐνταῦθα λέγων, Σπέρμα πονηρόν, οὐ τὴν γέννησιν αὐτῶν διαβάλλει. Υἱοι ἀτομοι. Οὐκ εἶπε, παράνομοι, ἀλλ', "Ανομοι, τῶν οὐδαμῶν

^e Sic Reg. et Savil.; in Morel. vero Χετίμ.

^f In hunc locum hæc habet Allenus in notis Savili, p. 139; «οὐ τῷ ἐξαιρέτῳ τῆς δωρεᾶς τιθεὶς αὐτούς, εtc., sorte οὐ μόνον τῷ. Εἰ πρὸ τιθεὶς αὐτούς πuto rectius legi posse δοθεῖσης αὐτοῖς, εtc. Talis locutionis exemplum est Act. 11, 17, τὴν ισην δωρεὰν ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς, εtc. » Sine mss. auctoritate nihil ausim mutare: et si locus non vacet suspicione mendi.

^g Morel. male Χωραζί. Reg. et Savil. ut in textu. Infra vero Savilius legendum opinatur οὐ τὴν γέννησιν αὐτῶν, οὐ γένεσιν. Sed hæc voces saepè inter se mutantur; γένεσιν statè posse puto.

^a Sic recte Bavanicus. Edili εἰ γάρ ἀν... πάλιν.

^b Legendum forte προτίθησι.

^c Hic levī mutatione series melius est sic: τὸν λόγον ἐστραψε, vel, ut Bavanicus. ἐτρεψ.

^d Sic recte Bavanicus. In Edili τὸ decretat.

εἰληφότων νόμου οὐδὲν ἄμεινον διακείμενοι. Ἀλλὰ τῆς προσιρέσεως τὴν διαφορὰν δηλοῖ. Ἐγκατελίπετε τὸν Κύριον, καὶ παρωργίσατε. Ἐμφανικῶς τοῦτο εἰρηκε. Καὶ γάρ ἤρκει τὸ δόνομα τοῦ Θεοῦ εἰς κατηγορίαν· ὅπερ Ἱερεμίας ἐγκαλεῖ λέγων, "Οτι καὶ αὐτοῦ ἀπέστησαρ, καὶ δαίμοσι προσηλώθησαν. Τὸν ἄγιον τοῦ Ἰσραὴλ. Καὶ τοῦτο κατηγορίας ἐπίτασις, ὅτι κοινὸς ὁν ἀπάντων Δεσπότης, αὐτοῖς ἐγνωρίζετο τότε. Ἀπηλλοτριώθησαρ εἰς τὰ στίσω. Τι ἔτι πληρήτε προστιθέντες ἀροματας; Μεγίστη κατάγνωσις, ὅταν μηδὲ ταῖς τιμωρίαις γίνωνται βελτίους. Καὶ τοῦτο δὲ εἶδος εὑεργεσίας, τὸ κολάζειν. Οὐδὲ γάρ ἀν ἔχοιεν εἰπεῖν, ὅτι ἐτίμησε καὶ εὐηργέτησε μόνον, ἀμαρτάνοντας δὲ ἡφίσι· ἀλλὰ καὶ τιμαῖς ἐφείλκετο, καὶ φόβῳ τῶν κολάτεων ἐσωφρόνισε, καὶ ἐν ἑκατέροις ἔμειναν ἀνίata νοσοῦντες. Πᾶν εἶδος ἰατρείας ἐπεδεξατο, τέμνων, καίων· τὰ δὲ τῆς νόσου οὐδὲ οὕτως εἰξε, δι μάλιστα τοῦ νοσεῖν ἀνίata σημεῖον ἔστι, τὸ μηδὲ δύνασθαι δέξασθαι θεραπείαν. Πᾶσα κεφαλὴ εἰς πόνον, καὶ πᾶσα καρδία εἰς λύπην. Ἀπὸ ποδῶν ἥως κεφαλῆς οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ δλοκιηρίᾳ, οὔτε τραῦμα, οὔτε μώλωψ, οὔτε πληγὴ φλεγμαίνουσα. Είτα λέγει τὰς κολάσεις καὶ τὰς τιμωρίας· οὐκ ἔλαττον γάρ τοῦτο εἶδος εὑεργεσίας ἔστι καὶ τῆς τιμῆς τῆς εἰς αὐτοὺς γεγενημένης. Πάντας γάρ, φησὶν, ἐκάκωσα, καὶ εἰς λύπην αὐτοὺς ἐνέβαλον. Εἰ πᾶσα κεφαλὴ εἰς πόνον, πῶς οὐκ ἔστιν οὔτε τραῦμα, οὔτε μώλωψ; Τὸ τραῦμα, τοῦ λοιποῦ σώματος ὑγιαίνοντος, τότε φαίνεται τραῦμα δυν· εἰ δὲ δλον ἡλκωμένον τύχοι, οὐκέτι ἀν φανεῖ τὸ ἔλκος. Τοῦτο οὖν ἐνδεξασθαι βούλεται, δι τὸ δλον τὸ σῶμα ἡλκωτο, καὶ οὐχὶ τὸ μὲν ὑγίαινε, τὸ δὲ ἔξιφδηκτος ἦν, ἀλλ' ἀπαν φλεγμονεῖ, ἀπαν μώλωψ εῖς. Οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι. Τοῦτο τοῦ προτέρου βαρύτερον. Οὐ γάρ τὸ νοσεῖν οὕτω χαλεπὸν, ως τὸ νοσοῦντα μηδὲ θεραπεύεσθαι δύνασθαι, καὶ μάλιστα ὅταν δὲ ιατρὸς τοιούτος ἦν. Οὔτε ἔλαιον, οὔτε καταδέσμους. Ωστε ποιῆσαι τὸν λόγον ἐμφατικὸν ^a, ἐπέμεινε τῇ μεταφορᾷ· τοῦτο γάρ αὐτῆς τὸ ἔξαίρετον. Ἡ γῆ ύμῶν δρημος. Ταῦτα οὐχ ὡς γεγενημένα ἀπαγγέλλει, ἀλλ' ως ἐσδμενα προαναφωνεῖ. Κέχρηνται δὲ τῷ ξθειοῖς προφῆταις τούτῳ, δικοῦ τε φοδοῦντες τὸν ἀκροατήν, καὶ τῆς οἰκείας ἀληθείας τὴν δύναμιν ἐνδειχνύμενοι. Ως γάρ τὰ παρελθόντα οὐκ ἔνι μὴ γεγενησθαι, οὕτω τὰ μέλλοντα ὑπὸ τῶν προφητῶν λέγεσθαι ^b, οὐκ ἔνι [8] μὴ συμβῆναι, πλὴν εἰ μὴ ποτε μετανοήσαιεν οἱ κολάζεσθαι μέλλοντες. Αἱ πόλεις ύμῶν πυρίκανστοι. Οὐ γάρ τῷ θάνατον αὐτὰς παντελῶς, ἀλλ' ἀφῆκεν ἔστανται τὰ λείψαντα τοῦ ἐμπρησμοῦ τοῦ βαρβαρικοῦ, μᾶλλον δυγάμενα καθικέσθαι τῆς τῶν δρώντων δψεως. Τὴν χώραν ύμῶν ἐρώπιον ύμῶν ἀλλότριοι κατεσθίουσιν αὐτὴν, καὶ ἡρήμωται κατεστραμμένη ύπο διανομῆς τοῦτον.

^a M. Reg. et Savil. in textu hic et infra σικυηλάτῳ, Morel. et Savil. in marg. σικυηλάτῳ, alque ita legitur in Bibliis. Mox Sav. legendum putat παράστασιν, sed cui bono?

^b Allenus vult hic legi ἐμφατικώτερον, vel ἐμφατικόν. Postremum lectio est Cod. Bavariæ. Editi ἐμφατικῶς. Paulo post Boisius in notis Savili, p. 137, legendum putat: ταῦτα ως γεγενημένα ἀπαγγέλλει, ἀλλ' οὐχ ως ἐσόρενα.

^c Reg. et Savil. in textu hic et infra σικυηλάτῳ, Morel. et Savil. in marg. σικυηλάτῳ, alque ita legitur in Bibliis. Mox Sav. legendum putat παράστασιν, sed cui bono?

δὲ καλεῖ θυγατέρα Σιών, δικὰ τὸ ὑποκείσθαι τῷ δρει. Ως σκηνὴ ἐν ἀμπελῷ, καὶ ως ὀπωροφυλάκιον ἐν σικυηλάτῳ. Τοῦ καρποῦ γάρ ἀνηρημένου, καὶ τῶν γεωργῶν ἀπενεχθέντων, περιττὴ λοιπὸν ἡ τῆς πόλεως οἰκοδομή. Ως πόλις πολιορκουμένη. Τοῦτο τῆς ἀσθενείας αὐτῶν καὶ τῆς ἐγκαταλείψεως αἰνιγμα. "Οταν γάρ μηδεὶς δι βοηθῶν ἦ, τότε ἀνάγκη συγχεκλεῖσθαι, τὴν ἀπὸ τῶν τειχῶν ἀσφάλειαν μόνην ἐκδεχομένους. Καὶ εἰ μὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ως Σόδομα ἀν ἐγενήθημεν, καὶ ως Γόμορρα ἀν ώμοιώθημεν. "Εθος δεὶ τοῖς προφήταις μὴ μόνον ἔκεινα προλέγειν, ἀ μέλλουσι πάσχειν εἰ πλημμελοῦντες δεινά, ἀλλὰ καὶ ἀ παθεῖν ἥσαν ἄξιοι, ἵνα καὶ ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ τῆς τιμωρίας πολλὰς ἴδωσι τῷ Θεῷ χάριτας, οὐ τὴν ἀξίαν ἀ τῶν πλημμελημάτων, ἀλλὰ ἐλάττονα πολλῷ τὴν δίκην τίνοντες. Τοῦτο γοῦν καὶ ἐνταῦθα φησιν, ὅτι τὰ μὲν ἀμαρτήματα αὐτῶν οὐ ταῦτα τὰ εἰρημένα, ἀλλὰ πανωλεθρίαν ἀπήτει, καὶ δλοκλήρου τοῦ γένους ἀφανισμὸν παντελῆ· ἀ δὴ καὶ ἐπὶ Σοδόμων συνέδη. Ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία οὐκ ἀφῆκε τοῦτο γενέσθαι, πολλῷ τῆς ἀμαρτίας ἐλάττονα τὴν τιμωρίαν ἐπάγουσα. Ἐπειδὴ δὲ πολλὴ τῆς Παλαιᾶς πρὸς τὴν Καινήν ἔστι συγγένεια, εἰκότως τούτῳ καὶ δι Παῦλος ἀπεχρήσατο· καὶ ἐπιτηδειότερον εἴπεν ἢ δι προφήτης ^c. "Ωσπερ γάρ ἐν ἔκεινῳ τῷ καιρῷ, εἰ μὴ πολὺς δι τοῦ Θεοῦ γέγονεν ἔλεος, πάντες δὲ ἀνηρπάσθησαν, οὕτω καὶ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, εἰ μὴ τὰ τῆς χάριτος ἐφάνη, χαλεπώτερα τούτων πάντες δὲν ἐπαθον. Ἐγκατέλιπε δὲ ἡμὲν σπέρμα· τοὺς σωθέντας ἀπὸ τῆς αιγυμαλωσίας λέγει. Ἀκούσατε λόγον Κυρίου, ἀρχογετες Σοδόμων, προσέχετε τῷ Θεῷ ημῶν, λαὸς Γομορρᾶς. Ἐπειδὴ εἴπεν, ὅτι τὰ Σοδόμων ἥσαν ἄξιοι παθεῖν, δείκνυσιν ὅτι καὶ τὰ Σοδόμων ἐτόλμων. Λιδ καὶ ἀπὸ τῆς κοινῆς αὐτοὺς δινομάζει προσηγορίας. Ἐπειδὴ εἰ μὴ τοῦτο ἦν, οὐδὲ καιρὸν εἶχεν δι λόγος. "Οτι γάρ οὐ πρὸς Σοδομηνοὺς διποτείνεται νῦν, ἀλλὰ πρὸς Ιουδαίους, καὶ ὡν αὐτοὺς τῇ τῆς προσηγορίας κοινωνίᾳ, δείκνυσι τὰ μετὰ ταῦτα λεγόμενα. Θυσιῶν γάρ μέμνηται καὶ προσφορῶν καὶ τῆς ἀλλής τῆς νομικῆς [9] λατρείας, ἥς οὐδὲ ἔχνος ἦν παρὰ Σοδομίταις. Νόμῳ Θεοῦ ημῶν, τῷ ἐλέγχῳ φησι.

^d Τι μοι πλῆθος, φησί, τῶν θυσιῶν ύμῶν; λέγει Κύριος. Πλήρης εἰμὶ δλοκαυτωμάτων κρίων, καὶ στέαρ ἀρτῶν, καὶ αἷμα ταύρων καὶ τράγων οὐ βούλομαι. Ο φαλμὸς δι τεσσαρακοστὸς ἔννατος ἀπας τῷ χωρίῳ τούτῳ προσέσωκε, δι' ἐτέρων μὲν ῥημάτων, διὰ τῶν αὐτῶν δὲ ὑφαινόμενος νοημάτων. Τῷ γάρ ἐν τῷ φαλμῷ, Προσκαλέσται τὸν οὐρανὸν ἀνταντὴν τὴν γῆν, τοῦ διακρίναι τὸν λαὸν αὐτοῦ, ἵσον ἐστὶ τὸ, "Ακούε, οὐρανὲ, καὶ ἐρωτίζου, γῆ, ὅτι Κύριος ἐλάλησε· καὶ τὰ ἔξης δὲ τοιαῦτα. "Ωσπερ γάρ δι Δαυΐδ φησιν, Οὐκ ἐπὶ ταῖς θυσίαις σου ἐλέγησα σε, τὰ δὲ δλοκαυτώματά σου ἐρώπιστον μου ἐστὶ διαπαντός· οὕτω καὶ δι Ησαίας φησι, Τι μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ύμῶν; λέγει Κύριος. Καὶ πάλιν δι μὲν Δαυΐδ φησιν, Οὐ δέξομαι ἐκ τοῦ οἴκου σου μόσχους, οὐδὲ ἐκ τῶν ποιμνίων σου τράγους· δι δὲ Ησαίας, Ολοκαυτώματα κρίων, καὶ στέαρ ἀρτῶν, καὶ αἷμα ταύρων καὶ τράγων οὐ βούλομαι. Ἐπειδὴ γάρ ἐγκαλούμενοι συνεχῶς ἐπὶ τῷ τῆς

^e d Legendula puto οὐ κατὰ τὴν ἀξίαν.

^f Sic notat Allenus in notis Savil. p. 139: «Senatus Iovi mihi videtur flagitare ut legatus ἐπιτηδειότερον εἴπεν ἢ δι προφήτης. Sic in sequentibus, δι Παῦλος εὐτονώτερον τῷ λόγῳ χειρομένος. » Recet notatum: nam Bavarius, ἐπιτηδειότερον ἢ δι προφήτης. (Eudebat εἴπεν δι προφήτης.)

*Facite igitur fructus dignos pœnitentiae (Ibid. v. 8), si ex natura et ab ortu tales fuissent : sic et hoc loco cum dicit : *Semini nequam, non ortum prebro dat illis. Filiis exlegibus.* Non dixit, Prævaricatoribus, sed, *Exlegibus*, qui non meliori essent affectu, quam si legem numquam exceperint. Sed propositi differentiam significat¹. *Dereliquistis Dominum, et ad iracundiam provocastis.* Per emphasis hoc dixit. Sufficiebat enim nomen Dei ad accusationem : qua de re Jeremias expostulat dicens : *Quia ab illo defecerunt, et dæmonibus adhæserunt. Sanctum Israel (Baruch. 4. 7. 8).* Haec quoque criminacionis accessio est, quia cum communis omnium Dominus sit, ipsis tunc (proprie) notus erat. *Ab alienati sunt retrorsum.* 5. *Quid ultra percutiemini addentes prævaricationes?* Maxima damnatio, cum ne ex suppliciis quidem meliores flunt. Illudque species beneficij erat, quod punirentur. Neque enim dicere possent Deum honorasse tantum et beneficiis affecisse, peccantes autem dimisisse ; sed ille honoribus attrahebat, et suppliciorum timore ad meliorem frugem revocabat, et inter utraque illi incurabili morbo detenti manebant. Omne genus medicinæ exhibuit, secans, urens : morbus tamen non cessit, quod maxime signum est incurabilis ægritudinis, cum non potest quis remedium accipere. *Omne caput ad laborem, et omne cor ad tristitiam.* 6. *A pedibus usque ad caput non est in eo integritas, neque vulnus, neque vibex, neque plaga tumens.* Deinde narrat cruciatus et supplicia : neque enim minor hæc est species beneficij et honoris ipsis collati. Omnes enim, inquit, afflxi, eosque in dolorem conjeci. Si omne caput in laborem, quomodo non est vulnus, neque vibex? Vulnus, reliquo corpore sano, tunc appetet vulnus : quod si totum exulceratum fuerit, non ultra vulnus apparebit. Hoc igitur significat, totum corpus fuisse ulceribus plenum : neque aliud sanum, aliud ulceratum fuisse ; sed totum intumuisse, totum uleus unum fuisse. *Non est malagma apponere.* Hoc priore gravius est. Morbo enim laborare non ita grave est, ut ægrum non posse sanari : præsertim cum talis sit medicus. *Neque oleum, neque ligamina.* Ut cum emphasi loquatur, perstat in eadem metaphora : in hoc enim sita est metaphoræ præstantia. 7. *Terra vestra deserta.* Hæc non ut jam facta annuntiat, sed ut futura prædictit². Hoc utuntur more prophetæ, simul auditorem terrentes, et suæ veritatis vim ostendentes. Ut enim quæ præterierunt, non possunt non facta esse, sic quæ futura a prophetis prænuntiata sunt, fieri nequit ut non contingent, nisi pœnitentiam agant illi qui suppicio sunt plectendi. *Civitates vestræ succensæ igni.* Non enim illas omnino delevit, sed permisit ut incendii barbarici reliquiae superessent, quæ magis ad intuentum aspectum pertingere possent. *Regionem vestram coram vobis alieni devorant, et desolata est sub-**

versa a populis alienis. Calamitatis accessio est, cum propriæ misericordie spectatores sunt, nec solo auditu illam discunt. 8. *Derelinquetur filia Sion, quasi tentorium in vinea, et sicut tugurium in cucumerario.*

4. Magnum quidpiam in se continent illæ imagines, maximeque in Scriptura, ad amplificationem sermonis. Jerusalem autem vocat filiam Sion, quod ei monte subjecta sit. *Sicut tentorium in vinea, et sicut tugurium in cucumerario.* Sublatæ namque fructu, summotisque colonis, superflua deinceps fuerit structura urbis. *Sicut urbs quæ obsidetur.* Hoc ænigmatice dicitur ad infirmitatem et derelictionem ejus declarandam. Cum enim nullus est qui auxilietur, tunc necesse est obserdi eos, quibus una superest murorum tutela. 9. *Et nisi Dominus Sabaoth dereliqueret nobis semen, quasi Sodoma fuissimus, et quasi Gomorrha similes essemus.* Mos est semper prophetis non illa solum prædicere mala, quæ passi sunt prævaricatores, sed etiam ea quæ digni sunt perpeti, ut in ipso supplicii tempore multas habeant Deo gratias, quod non pro merito scelerum, sed multo leviores iuant pœnas. Hoc etiam dicit hoc loco, peccata nempe eorum non ea solum quæ dicta sunt, sed etiam interencionem expetiisse, universæque gentis exitium : quæ etiam in Sodomitis contigerunt. Dei autem benignitas hæc fieri non savit, sed pœnam peccato longe leviorem inflxit. Quia vero multa est affinitas Vetus inter et Novum Testamentum, jure illo Paulus est usus : et convenientius quam propheta dixit. Quemadmodum enim illo tempore, nisi magna fuisset Dei misericordia, omnes abrepti fuissent (Rom. 9. 29) : sic in tempore Christi adventus, nisi gratia apparueret, graviora his omnes passi essent. Dereliquit autem nobis semen : de iis qui a captivitate servati sunt loquitur. 10. *Audite verbum Domini, principes Sodomorum, attendite legem Dei nostri, populus Gomorrhæ.* Quando dixit illos esse dignos qui eadem paterentur, quæ Sodomitæ, ostendit eos eadem ausos esse quæ Sodomitas. Ideo illos a communi appellatione nominat. Nisi enim hoc esset, non opportuna fuisset loquutus. Quod enim nunc non in Sodomitas invehatur, sed in Judæos, illos sic appellans ob nominis convenientiam, quæ sequuntur indicant. Nam sacrificia commemorat, oblationes aliumque legalem cultum, cuius ne vestigium quidem erat apud Sodomitas. *Legem Dei nostri* in argumentum profert.

Sacrificia veteris Testamenti Deo per se non placebant ; cur fuere instituta. Repudium in veteri lege cur permisum. — 11. *Quid mihi multitudo sacrificiorum vestrorum ? dicit Dominus. Plenus sum holocaustis arietum, et adipem agnorum, sanguinemque taurorum et hircorum nolo.* Psalmus quadragesimus nonus totus huic loco similis est, aliis quidem verbis, eadem vero contextus sententia. Illis enim, *Advocabit cælum desursum et terram discernere populum suum (Psal. 49. 4),* simile est hoc dictum : *Audi, cælum, et auribus percipe, terra, quia Dominus loquutus est ; et cælera cum his consentient.* Quemadmodum enim David dicit : *Non in sacrificiis tuis arguam te, holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper (Ibid. v. 8) : sic et Isaías ait :*

¹ In GRÆCO, προαιρέσεις τὴν διαρρόην δηλοτ. Legendum suspicimur, διαρρόην : tunc enim sensus optime quadraret, siquidem esset, significat volumatis corruptionem.

² Boissius in notis Savilii, p. 137, legendum putat : *Hæc non jam facta annuntiat, at non ut futura prædictit. Sed exstimo locum, ut est, optime habere.*

Quid mihi multitudo sacrificiorum vestrorum? dicit Dominus. Ac rursus David dicit: Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos (Ibid. v. 9); Isaias vero: Holocausta arietum, et adipem agnorum, et sanguinem taurorum et hircorum nolo. Nam quia accusati frequenter, quod ceteris virtutibus vacui essent, pro maxima defensione sacrificia obtendebant, ut quae frequenter persolvebant, merito uterque propheta, imo potius ceteri omnes ab hac defensione illos exturbant. Unde planum est ea non esse per se præcipue constituta, sed ut ad rectum vitæ institutum ceterasque virtutes illos deducerent. Quia vero illi, ceteris quæ necessaria erant neglectis, his incumbebant, se illa demum non admittere dicit Deus. 12. Neque veneritis ut appareatis mihi. Si accesseritis, inquit, ad templum. Quis enim quæsivit hæc de manibus vestris? Certe totus ille liber qui Leviticus dicitur, de sacrificiorum accuratione leges exhibit. In Deuteronomio quoque et in aliis plurimis locis multæ de sacrificiis sparsæ sunt leges. Quare igitur dicit: Quis requisivit hæc de manibus vestris? Ut diseas illam non fuisse præcipuum Dei voluntatem, ut talia sancirentur, sed ab eorum infirmitate initium illas leges duxisse. Quemadmodum enim nolebat mulierem semel viro conjunctam repudiari; graviora tamen mala succidens, ne repudiare vetiti, illas invisas uxores intus jugularent, minus malum permisit: sic et circa rem hanc fecit, ut dæmonibus immolare prohiberet, id quod minime volebat admisit, ut quod volebat assequeretur. Hoc ipsum rursus Amos propheta declarans dicebat: Num victimas et hostias obtulisti mihi quadraginta annis? dicit Dominus (Amos 5. 25). Jeremias quoque ait: Non sunt hæc quæ mandavi patribus vestris (Jer. 7. 22).

5. Quoniam enim dæmones hoc culti sunt modo, ipse, ne quæpiam hinc infirmioribus perniciei occasio oriatur, hæc frequenter per prophetas omnes denuntiat. Hæc cum non darentur, illi indignabantur, ac frequenter instabant, nidorem et sumum exigentes, dicentesque :

Tὸ τὰς λέχοπεις γέρας ἔμεις (a).
(Homer.)

Ipse vero id neque ab initio petiit, et quando jussit, ostendit se non libentem hæc permittere; neque hoc tantum hinc patet, sed etiam quia cito solvit, et quia cum illa persolverent non admisit: atque uno verbo per omnia significavit, hujusmodi cultum et ritum majestate sua longe indignum esse. Hoc itaque ait: Propter vos hæc toleravi, neque his opus habui. Calcare atrium meum non apponetis. Aut captivitatem prædictit, aut etiam hoc vetat, quia non cum recto animo ingrediebantur. 13. Si offeratis mihi similam, vanum. Mandatorum enim alia propter se ipsa, alia aliam ob causam constituebantur; ut Deum nosse, non occidere, non mœchari, et quæcumque talia,

(a) *Hunc enim honorem nos sortiti sumus. Hoc ait Jupiter Iunouem alloquens, Iliad. a. 49, itemque Jupiter deorum cœtum alloquens, Iliad. n. 70, cum de restituendo Hectoris cœdavere ageretur. Hoc hemistichio utitur alibi Chrysostomus, ut supra, in Psalmo 49.*

